SECHS G: GROSCHEN
366
Archiwum Rodziny
AUGUSTYNOWICZÓW-CIECIERSKICH
z Bacik
3

Positio Actorum Terrestrium Drohicien-
sium Celebrata in Drohiczyn Feriâ
Secundâ Ante Festum Sancte Elisabeth
proxima Anno Domini Millesimô, Quin-
gentesimô, Quadragesimô, Sextô.

Veniens et Constituta personaliter, Coram Judicio et Actis pre-
sentibus Terrestribus Drohiciensibus, Magnifica Elisabeth
Magnificorum olim Dominorum, Joannis Sapieha
Podlacensis et Successive Gregorij Ostikowicz Trocensis
Palatinorum relicta, Obtulit et reproduxit Sacre Regie
Maiestatis Junioris Literas pargameneas Sigillo appenso
maiori Magni Ducatus Lithvanie communitas Innovationes
Approbationes, Rathificationes, Confirmationes, super Oppidum
Mordi et Villas ad illud pertinentes, in Districtu Drohi-
ciensi sitas nec non ad Alia Bona, Poniemoyne Golgo-
dyszki, Hustat, et Pohost in Magno Ducatu Lithva-
nie Consistentia et etiam super Bona Gluchowo in
Districtu Drohiciensi iacentia quee Bona preexpressa
antea Serenissimo Domino et Domino Sigismundo
DEI Gratia Regi Polonie Seniori Magnoq Duci Lithvanie
Russie Prussie Masovie Samogitie & Domino Nostro
Clementissimô, per Eandem Elisabeth Sapiezyna
Donata et inscripta sunt et quorum Bonorum Omnium

preexpressorum

preexpressorum in usu fruitione, et Possessione libera
ad extrema tempora Vitæ Eiusdem, est Conservata in se
denotarS. Quas quidem Literas petijt ad Acta induci
admitti et Judicium Viris talibus Sacræ Regiæ Maiesta-
tis Literis, Sigillo Magni Ducatus Lithvaniæ Maiori
communitis ac Manuppropria Serenissimi Regis Sigis-
mundi Augusti Junioris subscriptis Sanis Salvis et
non Viciatis cum ea quadecuit reverentia subscriptis
ad Acta Terrestria Drohiciensia inprascriptas. Sacræ Regiæ
Maiestati Literas induci et ingrossari admisit. Quarum
Literarum tenor deverbo ad Verbum talis est et Sequitur.
Sigismundus Augustus DEI Gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæq
ac Samogitiæ & Dominus et Hæres. Significamus
tenore præsentium quibus expedit universis et singulis
præsentibus et futuris harum notitiam habituris —
Quia exhibitæ sunt Coram Nobis Nomine Magnificæ
Elisabeth Sopiezyna Palatinæ Trocensis, tenutricis et Po-
sessoris Bonorum Mordy Oppidi et Villarum ad illud
pertinentium in Districtu Drohiciensi dictæ Literæ, quibus
Hæreditalitatem et usu fructum ad tempora Vitæ Ipsius Pala-
tinæ Regia Paterna Maiestas Sedem in præfatis Bonis
reservare dignata est Supplicatum itaq est Nobis Humi-
liter ut easdem innovare Approbare rathificareq et Con-
firmare dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor
deverbo adverbum sequitur et est talis. Sigismundus
DEI Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ
Prussiæ Samogitiæ Masoviæq & Dominus et Hæres. —
Significamus tenore præsentium quibus expedit Uni-
versis et singulis

Universis et Singulis horum Notitiam habituris quod
Attenta erga Nos singulari gratitudine Generosæ Elisa-
beth Magnificorum olim Joannis Sapieha Podla-
sensis et tandem Successive Gregorij Oszckowicz
Trocens Palatinorum, Relictæ quæ ex sua spontanea
et libera Voluntate cupiens Nobis specialiter gratificari,
Nobis et Successoribus Nostris, Bona sua Paterna
in Districtu Drohiciensi consistentia dicta Mordy
in perpetuum nec non Bona quæ sibi per Maritum
Eius priorem Joannem Sapieha ex legatione
Eius atq ex certa quadam Concordia cum Privignis
Suis Filijs Ipsius Joannis ex priori Uxore sua
procreatis, de et super Eisdem Bonis Contracta
reservatt. Videlicet Poniemonie Golgodzyski Hustat
et Pohost in duobus Millibus Sexagenarum Gros-
sorum Dedit Donavit et Inscripsit reservans
sibi nihilominus, Bonorum Ipsorum utrorumq
Possessionem et Usu fructum ad tempora Uitæ ad
finem Vitæ suæ. Volentes itaq Nos Elisabeth Ipsam
pro Ea Ipsius erga Nos propensione singulari Gra-
tia Nostra reddere Consulatam et Orbitati Illius Cle-
menter Succurrere Ipsam et Omnia Bona Eius —
in specialem curam tuitionem et protectionem No-
stram Suscepimus et Suscipimus proponentes et Vo-
lentes Eam singulari protectionis Nostræ solari et
Gaudere præsidio et Patrocinio pollicemur. Præterea

quod Ipsam

III

quod Ipsam Elisabeth in pacifica et libera Bonorum predictorum Omnium et Singulorum Possessione et Usu fructu ita quemadmodum Ipsum sibi reservavit ad finem Vite sue, integre et absq Omni Impedimento Conservabimus, nec licebit nobis nec Serenissime Regine Consorti Nostre neque Filio Nostro eam quo adixerit de Bonis predictis movere neque quovis modo Alienare et insuper Eandem Elisabeth Uberiori gratie Nostre prerogativa prosequi Volentes eam ab Omnibus Servitijs Nostris et quibuscunque expeditionibus Terrestribus sibi Bonorum predictorum ratione incumbentibus eximimus, absolvimus et liberamus, ita quod Ipsam non tenebitur Copias Aliquas ex Bonis Suis ad expeditiones Ipsas mittere sed in Omnibus eam quiete et pacifice in Bonis predictis manere volumus et decernimus, harum quibus Sigillum Nostrum Magni Ducatus Litthvanie presentibus est subappensum testimonio Literarum actum et Datum Vilne in Octava Visitationis Sancte Marie Virginis anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo, Octavo, presentibus Reverendissimis et Magnificis Dominis Paulo Lucevience Nicolao Kijovience Episcopis Alberto Gastoldi Palatino Vilnence et Magni Ducatus Nostri Litthvanie Cancellario nec non Bielscence et Mozirence Capitaneo et Alijs Aulicis Nostris circa premissa Testibus Sigismundus Rex scripsit. Oblate sunt preterea et Alie Litere

in et Super Ville

III

in et Super Villa Stuchow etiam ab Eodem Serenissimo Domino Parente Nostro Colendissimo Eadem Palatine Trocensi Concesse quibus quoque in Advitalitate et Usu fructu, Eam ad tempora Vite Ipsius Conservare dignatur quas etiam Literas ut Confirmare dignaremur Sumus rogati. Quarum tenor est iste. Sigismundus DEI Gratia Rex Polonie Magnus Dux Litthvanie, Russie, Prussie, Samogitie, Masovieq & Dominus et Heres. Significamus tenore presentium, Universis presentibus et futuris, harum notitiam habituris, quomodo Magnifica Elisabeth Hlebowa Olim Magnificorum Joannis Sapieha Podlascensis et Succesive Gregorij Osczchowicz Trocensis Palatinorum Relicta Heres in Mordi et Stuchowo cupiens Maiestati Nostre tanto plenius gratificari Villam suam seu Bona Stuchowo per Eam empta Circa Mordi existentem, sponte et liberaliter Nobis Donaverit post mortem Eiusdem Domine Elisabeth pariter cum Mordy ad Nos devolventes quam Donationem Nos grate Acceptavimus et Nihilominus Volumus ut Ipsa Domina Elisabeth prefata Bona Sua Stuchowo taliter Nobis Donata ad tempora

Vite Sue

Vitæ Suæ pacifice et quiete possideat et eisdem integre iuxta Velle Suum uti fruatur quam polliceamur in pacifica et libera præfatorum Bonorum Gtuchowo Possessione gratiose Conservare et manutenere nec licebit Nobis et Serenissimæ Dominæ Reginæ Consorti Nostræ Carissimæ, neque Filio Nostro eam quo advixerit de prædictis Bonis movere neque quovis modo ab eadem præfata Bona Gtuchowo Alienare in Cuius Rei Robur et Testimonium præsentes Literas manu Nostra Regia, subscriptas Sigilli Nostri subimpensione iussimus communiri Datum Vilnæ Feria Secunda post Dominicam Judica proxima Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo, Nono Sigismundus Rex scripsit. Reproducta insuper est Concordia ex Actis Terrestribus per Nobilem Sebastianum Wirowski Nomine suo ac Nepotum Suorum Stanislai Mathiæ et Petri Puerorum olim Nobilis Nicolai de eadem Wierowo facta et Coram Serenissima Regia Paterna Maiestate Recognita et demum ad Acta Terrestria Drohicienesia sub Actu Feria Secunda ante Festum Undecem Millia Virginum Anni Domini Millesimi Quingentesimi Quadragesimi inducta exhibita et demum emptio ex Actis Terrestribus etiam Drohicziensibus sub-

Actu

sub Actu Feria Secunda infra Octavas Corporis Domini Anni Domini Millesimi Quingentesimi, Quadragesimi Quarti quarundam Sortium in Bonis Wirowo in Districtu Drohiciensi Consistentium per Nobiles Stanislaum et Mathiam ac Petrum Minorennem pro quo præfati Fratres Cavenent et ratihabitionem fide Jusserunt Filios olim Nobilis Stanislai Wirowski facta. Quæquidem Omnia tam in literis prioribus Originalibus binis a Serenissima Regia Paterna Maiestate Concessis quam in ipsis posterioribus Actis Contenta ut Confirmare, et Approbare dignaremur est Nobis Humiliter supplicatum. Nos itaque Sigismundus Augustus Rex præfatis supplicationibus, Reverendi in Christo Patris Domini Samuelis Maciejowski Episcopi Plocensis et Electi Krakoviensis Regniq Nostri Vice Cancellarij, benigniter Annuentes, Commendatam etiam habentes, Ipsius Palatinæ Trocensis tam in Serenissimum Dominum Parentem Nostrum Colendissimum quam etiam in Nos Ipsos propensionem, et Voluntatem, et præsertim quod etiam nunc Bona

Wirowo

Wierowo Stuchowo et Jaiki per Ipsam perpetuo-
empta, mota Amore in Nos speciali Nobis-
pollicita est, per Literas suas ad Acta Terrestria
Drohiciensia inscribere ac Donare Literas pre-
insertas uti premissum est Privilegiorum tum
etiam Actorum Terrestrium prefatorum Sanas
Salvas, Omniq Vicio suspicionis minimo Caren-
tes, in Omnibus et Singulis earum punctis,
Clausulis, Conditionibus et Articulis, innovandas,
approbandas, rathificandas, et Confirmandas-
esse duximus, prout innovamus, approbamus,
rathificamus, et Confirmamus per presentes
demissiones illas et Illarum Omnia Contenta, robur
debite firmitatis obtinere debere, ad Vite usque sue
extrema tempora, ut aut predicta Palatina Trocen-
sis Nostre erga se Clementie Uberiora habeat
testimonia, Nos illam ac Eius Omnia Bona
quemadmodum, et a Serenissimo Domino
Parente Nostro Colendissimo ante hac accepta
fuerat in Nostram etiam Regiam tutellam
et protectionem accipimus, eamq in Possessione
et Usu fructu Omnium Bonorum Paterno-
rum Maternorum emptorum, et a Curia-
Nostra Vielunensi Viginti Septem Servitiorum
ac etiam a Curia Skurstamineni Octo Servitiorum,

ad Bona Ipsi

ad Bona Ipsi Palatine Trocensis Kiry, Golgoddydi
in ducatu Samogitiae restituto et aliorum om-
nium Bonorum quomodocunque et ubilibet, in
Ducatu Magno Nostro Lithvaniae Ipsam concer-
nens et tam Serenissimo Domino Parenti-
Nostro Colendissimo, inscriptorum, quam etiam
Nobis Ipsis inscribendorum ad tempora Vite
predicte Palatine Trocensis conservamus, illaq
Omnia Bona prefata ac etiam Bona Golgo-
dyski, et Poniemonie in Samogitia, ac Pohost
et Hustat, in Districtu Braslaviensi sita nec
non Bona Korozewo Sarnowo, et Gnilkowo
dicta in Districtu Drohiciensi sita a Fratre
suo Germano Gnoso Nicolao Hlebowicz Pala-
tinide Polocensi ad tempora Vite sue habita
ab Omnibus Oneribus Terrestribus Ducatus
huius, et etiam ab Omnimoda Bellica expe-
ditione quandoq illa futura est ita liberam faci-
mus ut Omnino non sit adstricta, ne unum
quidem Equitem aut peditem ex Omnibus
Bonis suis in Publicam expeditionem mit-
tere aut statuere sed ut quietam Vitam Domi
semper agat sub hac eiusmodi Nostra protectione
qua Ipsam gaudere Volumus, ad extrema usq
Vite sue tempora, Quocirca Vobis Omnibus

et Singulis

et Singulis, tam Spiritualibus, quam Secularibus Dignitarijs, et Officialibus, Episcopis, Palatinis, Capitaneis, Vice Capitaneis, Judicibus et quarumcunque Dignitatum et praeeminentiarum praefatis Eorumque Vicesgerentibus, Terrestribus, Castrensibus Terrarum quarumcunque seu Palatinatuum in Magno Ducatu isto Nostro Lithuaniae ubilibet Constitutis, Mandamus ut ne Judicium sibi ullum de Magnifica Palatina Trocensi sub tutella, et protectione Nostra hac Regia sumere praesumatis, aut Audeatis, Sed si ad aliquam illorum Jurisdictionem ad cuiuscunque tandem Personae Instantiam fuerit Citata, eam ad Nos remittatis, cum toto Causae suae effectu. Nos Autem ut alias solemus cuilibet de illa querenti Justitiam Condignam Administrabimus, Nolumus enim Omnino, illos unquam, sub esse quos semel in Patrocinium et curam tutellamq Nostram, Accepimus, pro gratia itaq Nostra et Severa indignatione Regia aliter facere non audeat quisquam harum quibus Sigillum Nostrum Magni Ducatus Nostri Lithuaniae est subappensum, testimonio –

Literarum

Literarum Datum in Venationibus, Nostris in Curia Białowieże, Die Sedecima Januarij Anno Domini Millesimô, Quingentesimô Quadragesimô, Sexto Sigismundus Augustus Rex scri-pit.

Ex Actis Terrest
Drohic Rescrum
Biały V.D.T.D.

Lin per Korzeniowski

Literarum a Sacra
Regia Maiestate
pro parte Mcae
Elisabeth Sopie
zyna benigniter
colatarum

Oblata
1546
cw

111/366